



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

xvj. De Officio Archidiaconi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

piscopus, Abbas, Archipresbyter, & similes. Sed nec defuerunt, qui etiam officialem Episcopi Principalem posse conferuatorem fieri crediderint, quavis declarationem summi Pontificis, ut res certior fiat, exoptarent. Nec sufficit Ecclesie Cathedralis quem simplicem Canonicum esse, ut conferuator fieri possit, quamvis Ecclesie Cathedralis Canonicus ad causas delegari possit. Nec potest quis conferuator sui conferuatoris fieri, vel eius, cuius ipse Iurisdictioni ordinariae subditus est, nisi forte Regis, aut Reginae, etiam mandatum ad causas (de quo titulo praecedenti tractauimus) etiam subdito eius, de cuius causa agitur, fieri possit.

Nec permittitur conferuatori extra ciuitatem, aut Dioecesim, in qua fuerit deputatus, contra aliquem procedere, aut aliquem extra locum itinere vnius diei remotiorem protrahere: quod tamen delegato partium consensum habenti non denegatur.

Prohibetur etiam Conferuator alij vices suas committere, (exceptis citationibus, & sententiarum denunciationibus) nisi hoc ei specialiter sit concessum: quo tamen casu nec alibi hoc poterit facere, quam in ciuitatibus suae dioecesis, in quibus hoc Conferuatoris fungatur officio: nec nisi personis, quas

supra Conferuatoris munere fun-  
gi posse diximus.

Verum si conferuatores alij, quam manifestis iniurijs se immiscere non dubitarint, & ad ea, quae iudicij indagine requirunt, manum extendere, eo ipso per annum ab officio sunt suspensi: pars vero, quae hoc fieri procurauerit, sententiam excommunicationis incurrit, a qua absolui non potest, nisi ei, quem sic fatigauit indebitè, prius de expensis integrè satisfecerit.

Officium autem quorumcumque conferuatorum ipso iure, quo ad non coepta negotia, per obitum concedentis expirat.

## B DE OFFICIO ARCHIDIAconi,

### TITVLVS XVI.

Archidiaconus à iure vicarius Episcopi est constitutus, clericique vniuersi curam habet, tam in vrbe, quam in parochijs: praest Archipresbytero, Primicerio, Custodi, Sacristae: imperat Subdiaconis, & Leuitis: parochiarum sollicitudo, & ordinatio ad ipsum pertinet, iurgia singulorum cognoscit, omniumque primus & extremus est post Episcopum: & Episcopi oculus appellatur, quod vice Episcopi omnia per Dioecesim scrutans, corrigatque correctione egere noscuntur, nisi negotia valde ardua.

*b* Habentur  
haec omnia  
ex c. p. &  
c. si de offi.  
deleg. in 6.

*glos. cle. 2.  
uer. delega-  
tus. de rescr.  
ubi Doct.*



sint, quæ maiorem auctoritatē desiderent, satagitq; de conuersione, & existimatione clericorum certior fieri: instaurādis Ecclesijs præest, tertio quoquo anno vniuersam Parrochiam, id est, Diœcesim absente Episcopo collustrat, ea corrigens, quibus correctione sit opus: parrochiam verò propriam singulis annis visitat<sup>b</sup>. Examinatio clericorum, qui sunt ad sacros ordines promouendi, eius officij est, & examinatio eorum, qui sunt Ecclesijs præficiendi, quos etiam ipse coram Episcopo sistere debet<sup>c</sup>. Ipsius item hæ sunt partes, Euangelium in missæ sacrificio pronunciare, aliue ex Diaconis pronuciandū in iungere, & cum Episcopus missam est solennem celebraturus, ipse Leuitas de eorum officio instruit, & iubet vestes sacras induere, & omne deniq; officium Ecclesiasticum ipse disponit.

Lectiones, aut responsoria in matrice Ecclesia præscribit, vel audit, ita vt nemo Euāgelium, sacrāmve Epistolam, aut responsoria, aut aliam quamlibet lectionem in Ecclesia legere, aut canere potest, nisi prius ab Archidiacono exauditus. Acoluthis quoque ipse officia diuidit, præcipiendo quis eorū canelabra, quis thuribulum gestare, & quod quisque minorum in Ecclesia munus obire debeat<sup>d</sup>. Idem vasa vñibus Eccle-

siæ dicata custodit<sup>e</sup>. Pecuniam Ecclesiæ à pijs hōminibus Eleemosynę causa datam accipit, & Episcopo reddit. Diaconorū delicta Episcopo aperit, Sacerdoti ieiuniorum & solennitatū dies ipse notos facit. Archidiacono verò absente, hæc omnia munera proximus illi Diaconus subit<sup>f</sup>. Prælatos idem Archidiaconus in sede locat<sup>g</sup>: nā missio in possessionem corporalem beneficiorum, & dignitatum eius officij est<sup>h</sup>. Non tamē aut animarum curam citra Episcopi mandatum cōmittere potest<sup>i</sup>, aut in aliquos sententiam promulgare<sup>k</sup>, aut aliquē extero Episcopo ordinibus suscipiendis commendare<sup>l</sup>: aut in monasterijs iurisdictionem habere, nisi consuetudine præscripta<sup>m</sup>. Et hunc Diaconum esse oportet<sup>n</sup>.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI,  
 TITVLVS XVII.

**A**rchipresbyter ceteris presbyteris eminent, ac præest, collectam indicit, vel is cui ipse iniunxerit, horisque suis in Ecclesia residere tenetur. Episcopo absente, vice eius officium inchoat. Ipso verò Episcopo solennem missam celebrante, sacerdotes monet, vt vestes sacras induant; idem Ecclesiæ

a c.p. ext.co.

b ca.mandamus.

c ad hæc.

d s.2.

e ca.

f c. perlectis. S. hi sunt ordines. 25. di. st. 1.

g c. nostrum.

h c. ad hæc.

i ca. cū satis.

k c. Archidiaconus non. ubi glo. & Doct.

l c. significasti.

m c. fin.

n c. p. de etia

& qual.